



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

De studio collato ad proximos adiuuandos. Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

nosè obseruantes, in tempeſta nocte ſupplican-tem animam aduertunt (eleuante ſpiritu ſarcinam corporis) quatuor circiter cubitis à terra ſublimem: & quidem ex conſortio ſermonis Domini (quòd de Moyſe ſcriptum legimus) tota facie mirum in modum radiante.

De ſtudio collato ad proximos adiuuandos.
Cap. VIII.



VAE omnia, quamquam egregia atque expetenda per ſe, tamen eò pluris erant in Ignatio faciendâ, quòd magis erant cū aliorum fructu & vilitate coniuncta. Nam in ceteris ornâmentis ac beneficijs, quæ in eum Deus plena manu cõgeſſit, illud equidem vel præcipuum duxerim, quòd in tanto perfectionis ardore non dedit illi ſpiritum ſolitudinis, animum ve vni ſibi vacantem, ſed Chriſtianæ propagandæ fidei cupidiffimū, ac mirè ſtudioſum diuinæ gloriæ, ſalutisq; communis. Cùm igitur acta eius in Monteferrato (quamquã ea ipſe occultiffima voluerat eſſe) inſtitutaque vitæ aſperitatem ac ſanctimoniam vicinis locis ſama vulgaret, ac nobilitatem viri præcipuè, rumor (reſi) etiam in maius attolleret; ingens hominū concurſus ad eum fieri cæptus partim viſendi gratia, partim etiam conſulendi; quos ille vi omni conatu quam acerrimè ad Chriſtum adiungeret, neu ſqualor ille nimius, & continua illuuias ad ſe aduentibus terrorè incuteret; primum deponere ſordes, & externū corporis habitum cępti aliqua ex parte componere: deinde cùm intelligeret difficilem in primis & ancipitem eſſe curationē animorū; quòd cautius rectiusque in re tanta procederet, ope diuina ſuppliciter etiam atque etiam implorata, ſuæ cõuentionis originem, ac ſeriem, variasque tentationum procellas ac tenebras, & ſubſequutam mox tranquillitatem ac lucem, quàm accuratiſſimè ſecum expendens, ſolum ex ijs quæ partim cæleſti magiſtro dictante perſeperat, partim etiam ipſemet experiendo cognorat, de
fr

fructuosa ratione meditandi orandique, præcumbentibus
 seruationes & saluberrima præcepta concipitur quibus
 ber (vt antea dictum est) Exercitiorum spiritualium
 lo, tempore procedente deinceps ab eodem auditu
 que recognitus, & Romani Pontificis iudicio ac testi-
 monio comprobatus, ita multos omnis ætatis æque
 condinis homines, tum in eligendo genere vite, tum in
 componendis moribus, perturbationibusque solandis,
 ac præsertim in retinenda constantia salutarum, tum in
 modum iuuat, iuuatque quotidie, vt iure optimo vide-
 tur hoc non in postremis numerandum esse remediis, quæ
 diuina bonitas hac hominum ætate vel ad corrigenda
 culi vitia, vel ad renouandam veterem Ecclesie discipi-
 nam clementer adhibuit. His ergo meditationibus,
 quos ad bonam perfectæ virtutis frugem spirantes expo-
 niebat idoneos, paulatim, & quasi per gradus capere ex-
 colere: cæteros interim precibus monitisque, prout se
 dabat occasio, à vitiorum fœditate deterrens, acque ad
 studium æternæ beatitudinis incitans: idque eo liben-
 tius atque securius, quod communicandis illis, quæ à Do-
 mino acceperat, nihil interim sibi religionis ac spiritus
 deperire sentiret. Nec solum venientes ad se, benigno
 excipiebat alloquio; sed etiam inuicem inter se
 ab alijs ad prandium, minimè recusabat accedere: in-
 mirum eo consilio, vt ex re & ex tempore lingua
 catione, qui se in Dei gratiam terrenis parulis, & opor-
 tunc ipsæ vicissim spiritualibus epulis, & oportu-
 tuna quæpiam adhortatione reficeret. Aspexit
 hunc fere modum adiuuante Domino per-
 multos ad arctam salutis sententiam,
 à via lata & spatiosa tra-
 duxit.